UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Peregrinus Epis. M. S Maxima V. S. Vbaldus Epis. 16. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S. Peregrinus I. Antiſiodorenſium in Gallia Epſ. à B Sixto Pp. cum clericis miſſus munere expleto, capitali ſẽtentia damnatus coronam meruit ſempiternam.

2. S. Vbaldus Eugubinus Epiſ. à puero literas, pietatem & caſtitatem coluit. Maturus patrimonio Eccleſijs & pauperibus diſtributo Canonicorum Regularium inſtitutum amplexus eſt & in patriam inuexit Deinde ad Epiſcopatum aſſumptus, vrbis ſuæ hoſtes ſigno Crucis, Dæmones authoritate fugauit, & etiamnum arcet. Obijt in pace A. 1171.

3. S. Maxima V. apud Forum Iulium in vico Callidiano & Virginitatis & aliarum virtutum gloria inclaruit quibus apud Carnos & vicinos populos magnam promeruit & obtinet venerationem.

S.Peregrinus Epiſ.M: S Maxima V.
S.Vbaldus Epiſ. 16. Maij.

Modeſtia.

Dei filium ille ſe probat, qui diui-
nis virtutibus eluceſcit. Chryſol.

Infirmitatem noſtram reſpice om-
nipotens Deus, & quia pondus pro-
priæ actionis grauat B.Peregrini M.tui
atque Pont (B.Vbaldi C.Epiſ B Maxi-
mæ V.) intercesſio glorioſa nos pro-
tegat.Per D.N I.Chr.&c.

Ora pro Peregrinis,&c